



**Commentaria In Regulas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Lectori.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](#)

L E C T O R I .

I quod unquam veriloquium legi, *benigne Lector*, istud
quidem est Plinii Secundi: *Quemadmodum terra & va-*
rius mutatisque seminibus, ita ingenia nostra nunc hac, nunc
illâ meditatione recoluntur. Gaudet enim mens huma-
na, diversa circumagilectione, quando multos repe-
rias à politiori humanitate ad graviora studia, & rur-
sus ab amicis ad amicentiora exercitia deflectere, ut si alterante opera
& cert conopus, ut ita dicam, studiis, mox ad unum, exinde ad alterum
genus vegetior alacriorque reddatur. *Alii enim lectio inge-*
niam, inquit Seneca, & studio fatigatum, non sine studio tamen rificit.
Hes debemus imitari, que vagantur, & flores ad mel faciendum idoneos
erunt, deinde quicquid attulere disponunt, ac per favos digerunt, & ut
Virgilius noster agit:

Liquentia mella

Stipant, & dulci diffundunt nectare cellas.

Exopter cum ante decennium, & quod excurrit, in urbe viderem, nihil & actati & professioni meæ magis pudendum, quam otium, quod auctore Flacco, distendit imis oblivionem sensibus, cœpisti im-
perare mihi, ut à negotiis tum propriis, tum alienis, litteris involve-
rem me, nuncque in una, mox in altera meditatione animum refice-
rem recrearemque. Quod sanè institutum licet non in gratiis sulce-
rum, grave tamen in alieno solo negotiis districto videbatur: sed po-
tissimum consuetudine, ut solent omnia, ita facile reddidi, ut gratius ju-
cundisque visum sit mihi, quam quantalibet inertiarum lasciviæ dul-
cedo. Quid enim, sodes, honestius laudabiliusque, quam ab ordinariis necessariisque curis amore accendi litterarum, & quod in nobis
divinitus datum est, in commune referre? Hac igitur accensus cupi-
ditate, cum undequaque materiarum segetem chartis & schedis in-
digestam tandem haberem, cœpi omnia disponere, ac primum civili-
ta quædam scripta in artem redigere, quam Libris sex Politorum
Apborismorum cum exemplis cuiuslibet ævi circumscripsum, san-
ctissimæ memorie PAULO V. Pontifici Max. dicavi: quæ porro su-
perant,

EGIA
ARIVN
NTIARU
EGULAS
LLARLSE
OLICR

EPIC VERE P.M.
III
B

P R A E F A T I O

perant, puer describenda dedi, in quies (ut omittam tractatum
Permutationibus beneficiorum, quem Romæ partim affectum
Eboronibus, ut potui, perfectum reddidi & vulgavi) Commentarii
sunt in Regulas Cancellariæ Apostolicae sive etiam in illarum
quum Gloflographum vulgo Gloslatorem dictum, nomine Alphon-
sum Sotto Hispanum, virum sanè quam sua ætate (vixit autem con-

In Reg. Iu-
lii II. 3.
par. pr.
Ad Reg.
XXXII.

ter annum Christi 1475.) non solum doctum, & ut de se ipse telum
nobilem, verùm etiam in disciplina juris praxisque Romanæ ad-
dum versatum, ut qui, teste Mandosio, plerosque terminos pra-
ris etiam Doctoribus ignotos declaraverit, pluresque nodos in foliis
les solvendi viam ostenderit, cuius proinde auctoritate

Tract. de
Benef.
par. § c. I.
§. 5. n. 275.

per maximi fecit, ut testatur D. Garcia vir in hoc genere h[ab]et argu-
mentum primè versatus. Neque errore certe labitur: Satis enim & supererat
statillum per duos & viginti annos proxim in Rom. Curia exercitum
in qua etiam annis plusculis jus civile, & canonicum profefluerat
legimus in ipsius glossematis ad Regulam de Triennali. Sed enī
qualescumque nostras Lucubrationes & Commentaria in tantum
etissimorum virorum consensu, quibus alma Vrbs magis magis
præ cæteris circumfluit, publicarem, nequaquam animum separeret.

Praefat.
Hist. Nat.

Antem inducere poteram: Siquidem ardua res est, ut Plinius in
vetustis novitatem dare, novis auctoritatibus, obsoletis nitorem, obscurum
sem, fastidius gratiam, dubius fidem. Verūm enim verò, cùm tacere
mecum expenderem, gratus esse animi plenique ingenui pudori, ut id
Plinius subiecit, fateri per quos profeceris, simul etiam cogitarem
homines summum certamen esse debere, ne quid seculis profuturum
teat, audaciam tandem sumpsi, non tam mea ut publicarem, quam
familiarem meum Alphonsum, cùjus exemplaria, sicut à Bibliop-
Romanis acceperam, inter mortua erant, meo studio atque operae
renatum, Vrbi & Orbi potius communicarem. Neque meam
scriptiōnem remorata est par consimilisque industria quoniam
dam doctissimorum Jurisconsultorum, qui ante me, id est, post
phonsum diu malumque in has ac potius Juli III. Regulas insolu-
runt. Nam ut B. Augustinus inquit, etsi in dissimilare: non omnium
ab omnibus scribuntur in omnium manus veniunt, & fieri potest, ut manus
quietiam h[ab]et nostrarum intelligere valeant, etiam illos planiores inventi
bros, & in istos saltē incident; ideoque utile est plures à pluribus funeris

Lib. I. de
Trinit. c.
3. tom. 3.

fiat.

AD LECTOREM.

AD ELOCUTOREM.
cum diverso styllo, & non diversa fide, etiam de quæstionibus ydsem, ut ad
omnes res ipsas perveniat, ad alios sic, ad alios autem sic. Itaque mihi, ut
non, Lector vitio non dabit, si polt tot præstantissimorum mel-
um tergaspicas hasce collegi pro usu hodierni juris & fori: præ-
sum cunus eas non ineptè, ut mea est sententia, disposerim, atque
sò in ipsum Alphonsi horreum recondiderim: ipsum quod non
mo faciebitur, qui horum lectione Commentariorum cognove-
postillius, Innocentique VIII. tempora, pleraque esse immutata
rogata, innovata; ut certè solent Regulæ Cacellariz (quod in pro-
pria operis ostendam) iuxta occurrentium varietatem causarum &
legiarum immutari, ut habetur in Regula XXVI. Neque eo tamen
nulla confere debes, quæ inter tot celebres, Regulas alicubi forte
rogatum censueris: Siquidem Leges & constitutiones abrogatae
legari possunt pro interpretatione & declaratione juris commu-
nis, vel in argumentum, vel inductionem, ut memoriaz prodidit
Hieronymus Gonzalez. Sed neque te moveat, quod singulis Re-
gulis numerum etiam Regularum Pauli V. æternæ memoriae Pon-
ticis Max. adjecimus, non etiam S. D. N. GREGORII XV. quia è
humani crepus est optimus Pontifex opere isto paulò minus ex-
cluso præterquam ut nemini non notum est, quod nihil modò di-
finit Regule GREGORII XV. (cujus pios conatus bene secundet
Deus propitus) à Regulis sanctæ memoriae Pauli V. & aliquot ejus
decessorum. Veruntamen ut tibi constet, in quibus posteriores
Regulæ differant ab Innocentii VIII. Regulis, hoc est, in quibus
autem, vel immutatae, aut abrogatae sint, textui illarum interposui-
mus alteriscos, qui te ad commentariorum textum remittent: ex
quo exfacili ediscas, quid Pontifices novissimos induxerit, ut vel
auxerint, vel alias irrumaverint suorum Regulas decessorum. Por-
tò, si quæ minus culta aut rectè digesta forte repereris, non tam er-
ror studiorum, quam tempori, quod mihi parcissimum est, imputa-
bis, putabisque inventu difficultem esse Jurisconsultum, quis sic ad sa-
livanum eru ditorum scribat, ut nullam de se querendi materiam pre-
beat, aut qui ita omnibus numeris sit perfectus, ut nullam repre-
hensionem mereatur, ut post Angelum scriptum reliquit Socinus.
Ceterum quod Alphonus, sive etiam ego, radiori, quod ajunt,
minerva & inelegantiori styllo hasce in Regulas Cancellatia Apo-

*Ad Reg.
VIII.
Proæm.
num.155.*

Consil. 150.

EGLA
LARVAT
INTARSA
EGLEAS
LLARLES
ROGUE

卷之三

三

P R A E F A T I O

stolicæ explanationes scripterimus, parvi qui led
et, referes, si que existimes nihil plus commo-
ridam comprehendere dictionem, quam morbis
tiam. Nam ecce, si vel ipsum eloquentia Princeps
audis, imprudentiam magnam, aut stultitiam singula-
borum amore versari, rem vero, & caussam, & utilitatem
quere. Vnde sepiissimum reprobationem meruerunt
multi juris Pontifici & Cesarei commentarii, q
conatu latinitati & eloquentia opera ab auctoribus
Canonum, Juris Consultorum & Legum interpre-
aut denique ita expolitis verbis, ne dicam affectu
quandoque magis Lectorem ipsum impeditat dictio,
quam propositi tractatus & materiae proprii
graue cognitione. Accedit, quod hodierna praxis
caussarum tractatio præsertim quæ materiam con-
sum, tametsi magno judicii acumine explicetur, in
politoque sermone delectatur. Mutusque ipsas hu-
rudi & impolito stilo despiciunt habere videantur
exclusa circumfusa illa negotiorum multitudo, quæ
Dicasterio aut Curia Romana obsecrari, nequeunt a
nocinaria animum applicare. Quin, si res ipsa admittit
dioendi, ne vacabat quidem mihi sic impedito in
ejusdem styli libris, tot annotandis locis, tot exeu-
cutionibus, tot denique S. Concilii Tridentini deci-
pendendis, quarum magnam tibi penum allaturum
in ipsis vestibulo facile deprehendes. Satis itaque
vulgato Canonistarum sive etiam Curialistarum,
bendi genere uti, & eum denique stylum sumere, q
ruto & sermoni Glossographi plebeio responderet
esse, si velut rudi & discilio firmum ac duraturum pa-
latis expolitum & variegatum stabilirem. Pleraque
lus minus honesta, aut certè civilia, quæ non sine ri-
gebantur, meritò induxi: non enim satis magnifica
ea Sede sentire & scribere debemus, ad cujus aust-
rios exhibent Reges terræ. Porro breviloquum m
illorum, utpote ex quibus pleniori manu depreme-

AD L E C T O R E M.

obiter & rata à Gloslographo examinata , à me autem
indiligerent retractata sunt : multa enim assumere aut suble-
re nequam sustinui, ne alieni sudoris viderer plagiarius : pra-
etquam quod intercedebat temporis brevitas, ac conditio Curia-
ria, quibus hæc potissimum vulgabantur. Enimvero, si quæstio-
nem beneficialium copia, quæ circa Regulas istas incident , huc
reducere & signillatim discuti debuisse, multorum volumen lucu-
ratio fuisset, cui parem tamen, ut opinor, reddet hæc nostra, quod
multa analyticos , & per satyram scripserim, contentus Lecto-
rebus bene de re libaria constitutum ad classicos auctores remisile.
Regulis quoque & commentationibus argumenta sive summaria
significavi, ut materiarum sede ob oculos posita primo lector aspectu
debet, num quid conducere sibi putet. Porro Innocentii Regulis
secundus nonnullas aliorum Pontificum successorum Regulas,
qualis Clementis VIII, de Alternativa mensium pro Episcopis refu-
tationibus, item Revocationis facultatum conferendi beneficia re-
servata; item Regulam de malè promotis, &c. Quæ vero ex iis
de Innocentii V, Regulis expunctæ, qualis est de Publicandis,
non paucæ , & cur Regulis Posteriorum Pontificum , ac
Motu, minus excusæ, aut si quæ alii sint, quibus iisdem Successoribus
Pontifices nonnihil derogarunt , suis ad eas locis scribens,
Lectori indicavi. Atque hæc omnia adeò facili, ut spero, me-
modo , ut qui legerint beneficiorum & Rom. Cancellariæ pra-
studiosi iniciaturi sint, non solùm non mediocre levamen
de allatum, verùm etiam magnam Gloslographo lucem , inter-
mittuo jam, & tenebris involuto, attulisse, qui si eruditioribus ad-
ducatur in pretio fuerit, erit, ut spero, nunc multò magis, utpote ne-
dum emendatus, sed etiam Commentariorum dote locupletatus.
Porro, quam necessaria sit harum cognitio Regularum iis, qui praxi
Rom. id est, beneficialianimum intendunt, hic licet colligere,
quod illarum usus nedum in urbe, sed in omnibus provinciis, quæ
Catholicam agnoscunt religionem , frequentissimus sit : ita qui-
dem ut in universo orbe jus certum atque exploratum constituant,
li à paucis tamen discesserimus, quæ expeditiones litterarum con-
current, ut postea in illarum procēcio dicemus. Fruantur itaque
dis laboribus nostris , quibus erit curæ studium istud; sin fastidian,

REGI
ARINN
T
NTARU
EGITAS
LLARU
COLIC
TIPICUM
H

PRÆFATI O AD LECTOREM.

Ecclesi 4. aut clanculum hæc mordeant aliqui, non Hercle movebor, aut
rabor, qui cum Salomone animadverti omnes hominum labora, &
dustrias patere invidia proximi. Id quod revera in hac brevitate
terrium est; nam quò quisque plus laboribus de Republ. ne
satagit, eò magis telis patet invidiæ, quæ alioqui averfa minuder
si cogitaret Lectorem lapsu semihorulæ plures legere quæ
quàm Auctorem unam dispari longè intervallo magno cum lib
discussam stylō mandare, & super hæc lucubrations ipsius ne
plerumque in irritum cadere, verùm etiam in damno luculent
se. Sed enim hodie tantum quisque probat, quantum se capere
confidit; quod quia laboris est, à quo plerique mortalium fum
ni, sit ferè, ut quisque id contemnat, à quo propter rerum van
tem arque copiam excellere se posse diffidit. *Alienim* livore
† Lib. de
tranquill.
animis 6,2. quit Seneca, *† infelix inertia, & omnes destruic平uent, qui anno*
runt se provehere. At qui meliore genio nat sunt, M. Tullius
tantur, qui summis licet vigiliis Majores suos longè eruditio
raret, tamen multa ubique de Nævio, Cecilio, Ennio, Lucilio,
que magnifice, atque honorate prædicat, neque arrogantissi
lio dignatus est eorum interdum scripta ad usum suum afflui
qui tamen omnes et si antiquorum hominum homines sum
minus tamen in scribendo terlos illos & à natura patrum instru
atque adjutos fuisse scimus. Itaque vellicent alii ista, & can
equidem insuper habebo, ut qui illud etiam Epistoli jam di
bi, dixi & nō amplexus quod etiam tibi, amice Lector, ad vitam nec
sarium fuggero, teque, donec ibi sis, ubi dilectio
est sine simulatione, fœliciter
valere opto.



PRIV